

non datur sine priori si potestas scientie et discernendi presupponit potestatem ligandi et solvendi. Cuiusmodi magistri in theologia non possunt solvere et ligare non poterunt ex officio predicare sicut episcopi. **O**fficium episcopale indecenter appetitur sicut magisterium vero magistrale sicut a liquis deest appetit et procurat. ergo magistro ex officio venit predicare sicut episcopo. **I**n contrarium est quod magistri in theologia auctoritate ipse possunt predicare ubique. episcopi vero solum in propria diocesi. magis quod ex officio venit predicare magistris in theologia quam episcopi. **R**espondeo quod episcopi venit predicare ex officio episcopali magistris vero ex officio magistrali. sic quod differet officium magistrale et episcopale sic differet convenit predicare ex officio episcopi et magistris. Planum est autem quod quicumque recipit cathedram episcopalem recipit eminentiam potestatis quam prius non habebat. et per hanc potentiam recipit auctorem communicandi scientiam quam prius habebat. Qui autem recipit cathedram magistralem non recipit eminentiam scientie quam prius non habebat. non enim qui licentiat alique ad magistratum dat sibi scientiam quam prius non habebat. Sed recipit auctoritatem docendi et communicandi scientiam quam prius acquisitam sicut enim potest esse in iis periculis et tamen carere potestate et auctoritate iudicandi et excoisio aliquid per hanc auctoritatem iudicandi et tamen carere scientia iuris. Sic aliquid per hanc scientiam sacre theologie et tamen carere auctore docendi et communicandi scientiam et aliquid per hanc auctoritatem communicandi et docendi et tamen carere scientiam. sicut episcopus excoisio quod episcopi sui dyocesi hanc auctoritatem docendi et predicandi si tamen careret scientiam non potest nec docere nec predicare. Alii ergo ex officio venit predicare episcopi et alii magistris in theologia quod episcopi venit predicare ex officio propter potestatem receptam in cathedra episcopali. Sed magistris venit ex officio predicare per auctoritatem receptam in cathedra magistrali. **E**t per hoc patet ratio ad rationes in contrarium.

Questio lxv. de dispensatione confessionis

Nunc videndum est de dispensatione confessionis. Circa quod quatuor sunt sex. Primo videtur quod ipse possit facere quod quilibet christianus non confiteatur semel in anno proprio sacerdoti. Secundo videtur quod auctoritate ipse religiosi possunt in quibus parrochia sicut proprii sacerdotes confessiones audire. Tertio videtur quod ipse possit facere quod peccata semel confessio homo teneat iterum confiteatur. Quarto videtur quod ipse possit facere quod confessio eorum peccatorum habeat efficaciam ultra semel. Quinto videtur quod ipse possit facere quod quis differat confessionem usque ad quadragesimam sine peccato. Sexto videtur quod ex precepto papae sacerdos parrochialis tenet credere soli verbo suo subdito dicenti se esse confessum religioso habenti auctoritatem absolventi. **A**d primum. sic proceditur videtur enim quod ipse non possit facere quod quilibet christianus non confiteatur semel in anno proprio sacerdoti quia scribitur extra de peccato et re. c. ois unusquisque sexus. scilicet semel confiteatur in anno proprio sacerdoti fideliter. **S**tante ergo illa decretali in suo vigore papa non potest facere quod confessio peccatorum et quilibet parrochiani si fiat semel in anno proprio sacerdoti